Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39281
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift



73
253

Scribis enim contra me amaritudines
et consumere me vis peccatis adolescentiae
mei. Posuisti in sinu peccata mea:
et iniquitates meas: et
vestigia pedum meorum considerasti. Qui
quasi putredo consumendus sum: et
quasi vestimentum quod comedit
a tinea. Ps. Heu mihi domine quia peregrinatio mea prolongata est: habitavi cum habitantibus cedar: multum incola fuit anima mea. Ps. Benedic anima mea domino: et omnia quae intra me sunt nomini sancto eius. Ps. Homo natus de muliere brevi tempore vivens repletur multis miseriis. Qui quasi flos egreditur et conteritur: et fugit velut umbra: et numquam in eodem statu permanet. Et dignum duxisti huiusmodi aperire oculos tuos: et adducere eum tecum in iudicium. Quis potest facere mundum